



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

9. Maji. Quem iræ vexat intemperies, malè se aliorum consuetudini subtrahit: hæc enim vitia non fugiundo, sed resistendo vincuntur. S. Ignat. in Exer.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

9. Maji.

Quem ira vexat intemperies, malè se aliorum consuetudini subtrahit: hec enim vitia non fugiendo sed resistendo vincuntur. S. Ignat. in Exer.

Differtur malum, non aufertur, quàm diu iræ jura non dicit ratio; sub hujus illa jugum mitti debet, secus te subjugabit. Quàm diu vel scintilla gliscit, non est incendium timere.

Modico opus est pyrio pulvere, ut flamma nascatur è scintilla: Sic occasio quævis iræ tuæ vires dabit. Licet unam occasionem fugias, aderit alia, omni, si carere velis, extra orbem eundem erit.

Nec in illa occasione, nec in illo, quem fugis, socio, sed in te malum latet; in pectore foves belluam, quocunque iveris, tecum ambulat. Non locum proinde, nec socium, sed te, & mores muta.

Quamdiu vivet hydra hæc domestica, tutus non vives à vulnere, adimendæ sunt ei vires, capistrum ori inferendum, sic securus cum quovis conversaberis.

10. Ma-